

Sigismundus Primus Rex Poloniae  
 Elisabetha Regina Virgini Sorori

119  
 Illma Principis et Domina  
 Germana nostra Charissima  
 Paucis ante diebus huc proficiscentes ex Al-  
 -burgo; ad vestram Illmam Dominationem  
 scripsimus. De omni statu presentium rerum  
 nostrarum, nunc iterum eam latere nolimus,  
 quo pacto reliqua nobis his diebus successer-  
 -unt. Congressi sumus cum Imperiali inde,  
 Feria Secunda in Campo, ad sex milliaria  
 hinc distante, ubi cum magno honore, magna-  
 -que gratitudine, a sua inde excepti sumus.  
 Quod autem de nobis scribimus, id etiam de  
 Fratere inde Sereno Domini Hungariae  
 Regis, intelligi volumus, ambo enim in eodem  
 Campo, pariter convenimus, priusquam, cum  
 ipsa Imperiali inde, congressi sumus. Postea  
 vero die, magnis precibus, sua inde Impe-  
 -riale efflagitante, huc tandem concessimus.  
 Omnia nobis Deo bene favente succedunt,  
 pro voto nostro, in his rebus, de quibus Illmam

Dominatione

Illmam Dominationem Vestram jam pluri:  
bus literis nostris fecimus certioram. Nec est  
Dubium, omnia ita ventura esse, quod et Do:  
mus nostra, Regnaque et Domina nostro  
multa commoda, multaque ornamenta, inde  
accipient. Id Vestram Illmam Dominationem  
pro amore nostro Fraterno, ignorare nolimus  
et cum isthuc ad visendam Penimam Conjugem  
nostram Dominam Reginam, mittendum con:  
stituissemus, Vestram quoque Dominationem  
pari modo visitare volumus, a qua certio:  
res fieri per literas cupimus, quomodo et Pen:  
ma Conjugis nostra valeat, et Illma Domi:  
natio Vestra. Cui optamus omnia pro voto  
succedere, et quam valere feliciter Deside:  
ramus. Dada: Viennae.

